



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De libris à Parocho conficiendis, & comparandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

Scriptæ sint, & eius exemplar in archiuo, vel in sacristia asseruetur. An de Ordinarij facultate promulgentur. Literæ indulgentiarum ubi affigantur: capsâ, in quam elemosyna fidelium conijcitur, ubi ponatur. Eleemosyna, quæ eo nomine offertur, per quos colligatur, & cui attribuat.

Circa suppellectilem Ecclesiasticam videat, an sit ad præscriptum instructionum, quoad numerum, formam, & nitorem; præsertim verò in Ecclesijs Parochialibus, ut omnino sit qualis in Synodo vndecima præscripta est, alioquin mulctetur Rector, ut ibi dicitur. An decenter asseruetur, & ne permittat, ut in ædibus etiam Rectorum Ecclesiarum asseruetur, nisi necessitas aliter fieri coegerit, & tunc facultate scripta ab ipso impetrata ad tempus, ita tamen, ut in armario decenti, & in loco saltem cancellis distincto, & à domestico vsu separato teneatur. Nec etiam permittat eam per manus Laicorum contrectari etiam sub velamine custodiæ. Cognoscat etiam an vestes, & alia, quæ benedicenda sunt, fuerint benedicta, & à quo: quod in libro Parochiali describendum foret. De corporalibus, purificatorijs, calicibus, & alijs huiusmodi, si minus dicenda sint, mox dicetur.

In Actis. De forma autem, & de numero suppellectilis habetur plenè in *instruct. suppell. Eccles.*

Circa libros Eccl. videlicet Missalia,

& alios, quicumque sint, videat, quomodo decetè sint, & quomodo asseruetur. Et si ex auaritia, vel negligècia Rectoris, alteriusve titularis ipsos neglectos viderit, in eum animadertat, & ut diligèter custodiatur, prouideat. Cõferat indices veteres, & cognoscat, an aliquis desit, & cuius culpa id factum sit, intelligat: & ut inueniatur, restituarque, decernat.

Curet etiam, quando amplius vsui in Ecclesia esse non possint, ne in aliquem sordidum vsum, si sacri sint, vertantur; sed ut comburantur, eorumque cineres in sacrarium proijciantur. Libri verò in quibuscunque Ecclesijs requisiti, describuntur in *instr. suppel. Eccl.*

Quod attinet ad dies festos, & solemnitates proprias, præsertim quando etiã concursus exterorum est, & abusus plurimi esse solent illis diebus ratione illarum solemnitatum, videat Visitator librum Parochialem, in quo descripti sint dies illi festi, & abusus, qui eo tempore committi solent, eosque omnino euitari curet, præsertim commestationes, & tripudia, & si opus sit, agat cù Syndicis, & alijs maioribus de populo. Et quando abusus essent graues, potius ab illis solemnitatibus cessandum esset, si aliter remoueri non possent, quàm illas profanè, & cum animarum detrimento, celebrare. Et non solum incumbat in hoc, ut abusus tollantur: sed ut etiam religiosè, & piè colantur festa; cum pronominis Dei sanctificatione sint introducta.

CAPVT V.

De libris à Parochis conficiendis, & comparandis.

CIRCA libros à Parochis conficiendos, qui præcipuè sunt, status animarum, Baptizatorum, Cõfirmatorum, Matrimonij conijctorum, infirmorum, & de-

In Actis.

Regl. nal. de reform. Ang. de. cret. x. §. V. in solemnitatibus.

Fest. lib. 2. c. 3. n. 29.

Concil.
Prou. 4.
de sacr.
miss. 9.
in vna-
quaque.

Synod.
et.

De defunctorū; Item alius (& hic requiritur etiam ab alijs Ecclesie præfectis) in quo tū ipse Parochus, tū etiam alij, in ea Ecclesia celebrantes dietim, ac ordine scribere debent se celebrasse, & ab Ecclesie præfecto subscribendū est, & vbi in hoc erratū est, mulctandus est præfectus, & sacerdos nō subscribens ad præscriptū Conc. Item expediens admodū est, vt in Collegiatis, & Parochijs præcipue sit liber bene compactus, in quo describatur Eccl. fundationis, & cōsecrationis monumenta testificationesue, bona, iura, & cætera omnia, quæ ratione ipsius Ecclesie, vel Parochie in visitatione requiruntur, vt supra in præparatorijs dictū est. Itē alia notabilia, vt quando Epif. dictā Eccles. visitauit; quando in ea confirmationis Sacramentū ministravit quando aliquid Eccl. sive legatū, donatum uē fuit; quando ipse Rector vel Ecclesie præfectus beneficiū officium uē habuit, & plura alia huiusmodi: Et hæc omnia distinctē. Circa (inquam) hos libros Visitator imprimis videat, an liber status animarum sit ad præscriptū instructionis, ita vt ex eo Parochus singularum animarum curæ suæ commissarum cognitionem facile habere possit; Et vbi in hoc eum defecisse cognouerit, ipsum arbitrio suo mulctet; sicut etiam, vbi in alijs libris à præscripta formula recesserit. Deinde alios superscriptos libros inspiciat: & si codices benè compacti, & decentes non fuerint, infra breue tempus alios bene compactos, & decentes comparari iubeat, etiam poena appposita. Et aduertat ne Parochus quicquam aliud in ipsis describat; sed ea tantum, quæ ad rem faciunt. Et illa ordine, præcipue in libris baptizatorum, & matrimonio iunctorum; qui quando ordinatē scripti sunt publici sunt, & probant: quia à Sacro Concilio Tridentino sunt præ-

scripti; & alij etiam quia à Concilio Prouinciali sunt ordinati in hac prouincia publici sunt. Ad maiorem tamen auctoritatem omnibus huiusmodi libris præstandam describendi essent testes: & vbi sūt horologia, in libro baptizatorū, addenda esset hora natiuitatis, secundum Rebuff. Sed & nō vbi sint horologia posset scribi circa horam tertiam vel sextam; & in testes possunt adduci aliqui notabiles; & postea addi cum alijs pluribus, si fuerint præsentēs. Et in libro defunctorum poterit scribi, quando mortuus est, quando sepultus, & in qua parte Ecclesie, & qua pompa funeris, & qua hora. Sic etiam eadem ratione, in libris confirmatorum, & matrimonio iunctorum describenda esset hora: non tamen est mulctandus, neque redarguendus Parochus, si horam non appouerit, neque testes scripserit, præterquam in libro matrimonio iunctorum. Qui verò id præstiterit in hoc laudandus erit. Intelligat præterea Visitator, an Parochus vllum testificationum genus libris suis Parochialibus descriptū, cuiquam tradat sine Episcopi concessū, nisi aliquod, quo petenti testificatio fiat de eius ætate, vel natalibus: Et si illū in hoc peccasse cognouerit, ipsum vel moneat, vel mulctet arbitrio suo. Et, vt Visitator facilius perspiciat, an libri ad præscriptum sint, formulas describendas esse duxi.

Forma status animarum.

Nella contrada del Maino.

*Nella casa di M. Francesco delli Amici
habita Co. Ch. Gio. Antonio di Piatti d'
anni 50. barbiero.*

Co. Ch. Margarita sua moglie d' anni 45.

*X. Co. Francesco suo figliuolo d' anni
22. sartore.*

X. Co. Antonia sua figliuola d' anni 18.

E

Dignū-

Borgn.
decif. 12.
sub n. 13.
tom. 2.

Rebuff. |
in tract.
de Re-
gist. seu
lib. bap-
tif. &
sepult.
Fusch.
lib. 2.
cap. 3.
Rebuff.
vbi su-
pra.

Dionisio figliuolo di Francesco d'anni 4.
 Co. Ch. Gregorio fratello di Gio. Antonio
 sodetto d'anni 43. legnamaro.
 X. Ch. Anna sua figliuola d'anni 10.
 X. Co. Pietro de Porri d'anni 16. seruo.

Formula Baptismi ita describitur.

Adi primo di Febraro 1592. à hore 15.
 è stato battezzato da me P. Nicolò Beni
 Curato di S. Paolo, vel si aliàs scripserit,
 Curato soprascritto vn puttino, il quale
 nacque alli 28. di Genaro proximo alle 20.
 hore in circa, figliuolo d' Andrea Longo,
 è di Caterina Bibiana consorti habitanti
 nella mia Parochia nella contrada de
 Specchy, è gli è stato posto nome Luc' An-
 tonio Longo. Compare è stato Alessandro
 figliuolo già di Giacomo Saleri della Pa-
 rochia di S. Gioani sopra il muro; è Com-
 mare è stata Maria Senerina moglie già
 di Tomaso Serafino della mia Parochia,
 presenti Giovanni Bellone mio Chierico,
 Gio. Battista Lazermi, è mol' altri.

Non tamen, vt supra dixi, necessariò
 scribenda est hora baptismi, & natiuita-
 tis, neque addenda sunt nomina testiu.

Et si ab alio quàm à Parochio bap-
 tizatus fuerit, scribatur etiam de cuius
 mandato, vel facultate. Et vbi dubium
 erit, an infans baptizatus fuerit, scribat
 Parochus fuisse baptizatum cum condi-
 tione, si es baptizatus, &c. & sic de ex-
 posito, scribat infantē expositum fuisse
 baptizatum.

Sic etiam potest scribi liber confirma-
 torum omisis omissendis: addendus
 tamen est locus, in quo quis confirmatus
 fuit.

Formula Matrimonio iunctorum.

Adi 5. Luglio 1592. hora 13.
 Fatte le tre publicationi nelli tre giorni

di festa, cioè 23. 25. & vltimo di Giugno
 nella Messa Parochiale, alla presenza sem-
 pre d' vna gran parte del populo della mia
 Parochia, è non essendosi scoperto alcuno
 impedimento fra Giovanni figliuolo d' A-
 gostino de Scuoli della Parochia di S. Mar-
 tino in Compito, & Lodouica figliuola d'
 Alessandro Vanni della mia Parochia, è
 stato celebrato questa mattina nella mia
 Chiesa fra essi il Matrimonio per parole de
 presenti all' interrogazione di me P. Alui-
 gi Bonello Curato di S. Pietro alla Vigna
 (vel Curato soprascritto) presenti il Sig.
 Pietro Badi, il Sig. Giulio figliuolo del Sig.
 Gio. Maria Castiglione, il Sig. Carlo fi-
 gliuolo del Signor Giovanni Basso, è
 molt' altri huomini, è donne.

Vbi verò denunciationes prætermittuntur, scribendum est, hoc pacto.

Vsatasi la debita diligenza per inten-
 dere se vi fosse alcuno legitimo impedimē-
 to per il Matrimonio, che voleuano con-
 trahere il Sig. Giulio Rauerti figliuolo
 del già Sig. Marc' Antonio, è la Signora
 Anna Visconti figliuola del Sig. Nicolò
 tutti duoi della mia Parochia, ne essendosi
 scoperto alcuno legitimo impedimento, è
 stato celebrato questa mattina nella mia
 Chiesa il Matrimonio fra essi, pretermesse
 le denunciationi solite d' ordine di Monsig.
 Reuerendissimo Vescouo, per parole de pre-
 senti all' interrogazione di me, &c. vt lup.

Facultas autem concessa prætermittendi denunciationes est registrata in-
 fra. ipsa verò habetur in filo cum a-
 alijs.

Vbi verò vnica tantum fit publicatio,
 ita describendum est.

Adi 8. di Maggio 1592. hora 12.

Fatta vna sola publicatione in giorno
 di festa, che fù alli 3. del presente, nella mia
 Messa Parochiale, alla quale erano pre-
 senti molti della mia Parochia, & altri, è
 pretermesse l' altre di ordine di Monsig.
 Vica.

Gioani
 Scuoli.
 Lodouica
 Vanna.

Vicario generale in assenza di Monsig. Reuerendiss. Vescouo, & non essendosi in-teso esserui impedimento, &c. vt supra.

L' altre publicazioni furono poi fatte alli 24. & alli 29. di Giugno nella Messa, come di sop.

Facultas autē permittendi denunciations est registrata infra. Ipsa verò habetur in filo cum alijs huiusmodi facultatibus.

Concil. Prou. 1. que ad Sacra. Matr. Et si alius Sacerdos ex facultate Episcopi, vel Parochi Matrimonio contrahendo intererit: exemplum illius facultatis in libro describatur: ita etiam de Coadiutore Parochi in libro de Matrimonijs scribat Parochus illius nomen, & cognomen, diemque, mensē, & annum notet, quo ille Parochialis curæ Coadiutor adiunctus est, facultatemque Matrimonia celebrandi, ab Episcopo, vel ab ipso consecutus est.

Formula libri defunctorum.

Adi 22 di Febraro 1593.

Hiero. nimo. Castiglione. Il R. S. Gieronimo Castiglione della mia Parochia è morto questa notte passata à hore sette, è meza; Fu confessato da me P. Gio. Antio Curato, & prescrito alli 17. & alla 20. del presete mese, comunicato alli 18. hebbe l'estrema vntione; alli 20. fu sepolto nella Chiesa Collegiata di S. Amrosio nella sepoltura de suormaggiori, appresso alla Capella di S. Alessandro; v' interuennero u capitolo di S. Amrosio, 24. altri Sacerdoti secolari, & li Frati di S. Angelo, presenti il sig. Paolo Clerico, il sig. Camillo Guida, & molti altri huomini, & donne.

Vterius alij libri conficiendi sunt à Parochis, videlicet, de distributione elemosynarum, de votis, & consuetudinibus pijs, & liber formularum de denunciationibus dierum festorum, &c. de quibus habetur. in instr. sup. Eccles.

Alios verò libros Parochus habere

debet, præter illos, qui Ecclesiæ sunt, utque successoribus debentur; vt sunt Breuiaria, Psalteria, Sacramentalia, Pontificale, & alij, de quibus, vt supra diximus, in libro Instru. sup. Eccles. Et hi sunt testamentum vetus, & nouum, Conc. Trident. & Conc. Prouin. & Dioc. Catechismus Romanus ad Parochos, conciones R. F. Ludouici Granaten. vel aliud hominarium ab Episcopo delectum, vel diligendum, Summa Antonina, vel alia ab Episcopo præscripta, vel præscribenda: & in hoc genere præcipue probari videtur summæ Mart. Nauar. & Francisci Vi-

In Act.

Concil. Prou. 1. co. Synod. II.

Fusch. lib. 1. c. 23. & nu. 3. & lib. 2. c. 1. n. 18.

Piarum institutionum Thesaurus.

Regula doctrinæ Christianæ.

Syno. II.

Alij etiam arbitrio Episcopi præsertim ad Euangeliorum, & Epistolarum explicationem.

Concil. Prou. 2. co.

Hortandi etiam sunt Parochi, vt in lectione Pastoralis S. Gregorij, & S. Io. Chryl. de Sacerdotio assidue versentur.

Vtilis admodū est etiam lectio speculi Io. Langhæ Crucij de vit. & hon. Eccl.

Expedit etiā habere aliquem Psalmodum commentatorem, & aliquem, qui Missæ sacrificium, aliaque Diuina officia, & cæremonias explicet. Diligēter ergo Visitator inspiciat, an huiusmodi libros habeant; sicut etiā maxime inquirat, an libros, aut scripta prohibita habeant, etiāque res laciuas, seu obcenas, & pietati, ac morū honestati inutiles ex professo præcipue tractant, narrant, aut docent; vel in quibus continentur fortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, vel alia his similia.

Fusch. lib. 2. c. 1. nu. 18.

Verum, quia parū libros habere prodest, nisi illis necessarium quoque studiū adhibeatur, cum hac de causa præscripti sint: ideo Visitator non solum Parochis, sed vnicuique Ecclesiastico homini pro ingenij illius industria, intelligentia, &

E a mune.

ingenij illius industria, intelligentia, & munere studiorum rationes, & exercitationes singularib. decretis præstituat, ac præscribat, & ubi opus esse viderit, aliquibus etiam præter illas studiorum exercitationes præscriptas, iubeat, etiam poena suspensionis, aliaque arbitrio suo

proposita, eos certo constituto tempore ad examinatores in urbe eo potissimum nomine constitutos se conferre; & doctrinarum, librorumque, quibus ex visitationis decreto studuerint, accuratam diligentemque rationem ijs reddent.

CAPVT VI.

De Legatis pijs.

Concil.
Prou. 6.
de bon.
& iur.
Eccles.

VISITATOR in visitationis munere, de pijs legatis accuratè, diligenterque inquirat; accersitisque etiam ad se, si videbitur, heredibus, alijque, qui ea exequi præstareue debet, de illis ipsis decernat, certumque præterea tempus, quo ea illi præsentent, omnino constituat; & si tempore constituto non soluerint, arbitrio Episcopi puniantur. Interim eorum nomina in tabellâ in Sacristia loco conspicuo affixam referri iubeat. Cognoscat etiam illa Rectores, & Notarij ad præscriptum denunciauerint, videlicet, Rector infra quindecim dies, & Notarius infra tres menses, & si in hoc deliquerint, eos moneat, vel etiam puniat. Aduertat quoque, ne pia testatorum voluntates villo pacto prætermittantur, mutenturque; ubi sustineri, ac adimpleri possunt.

Concil.
Prou. 2.
tit. 3. de
testat. 17.

In interpretatione verborum diligenter consideret, an restrictiua, vel exemplificatiua sint, ad hoc, ut dignosci possit, an legatum augeri debeat, vel non: quando ad onus persoluendum id, quod soluitur, non sufficit, neque testatoris voluntas ex alijs coniecturis discerni potest. Consideret etiam an à principio erat sufficiens legatum pro onere, vel non. Item an multum excedat onus à tempore, quo impostum est.

Borgni.
lib. 4. de
eiusa.
indice
verb.
Verba.
Borgni.
decil.
17. lib. 1.
sub. nu.
72. cap.
quanto
de censu.
Tyraq.
post ali-
os de
privileg.

In hac verò frequentissima materia, pro utiliori, ac faciliiori Visitationis expeditione, infra scripta, quæ frequentiora sunt, hic apponere constitui.

In causis ergo pijs memoria teneat Visitator iuris diuini, & iuris naturalis tantum considerationem habendam esse.

Et in legatis generaliter factis ad pias causas melius debent. Ideò ubi testator reliquit Ecclesie calicem, intelligitur de argento, ubi vestem, intelligitur de serico, licet hoc Tyraq. non placeat, sed fortè procedet in dubio; & ubi alia efficacior præsumptio non esset.

Meminerit etiam conditionem mixtâ calu deficientem pro impleta haberi in legatis pijs; sicut etiam in dubio de mera potestatiua dicitur.

Item voluntatè testatoris infra annum executioni mandanda esse: Et ubi opus sit, rem à testatore relictam hæredi ipsius iussa non implenti sequestri nomine deponere iubeat; ipsumque ad omne emolumentum, & interesse soluendum cogat.

Ampl. hæc conclusio, ut procedat etiâ si hæres esset impeditus, alijque occupationibus detentus.

Secundò ampl. ut procedat etiam in declaratione, & in electione.

Primò limitatur non procedere, quando qualitas operis longius tempus requirit; quia eo casu sufficit ita inchoasse, ut de eius negligentia minimè appareat.

Secundò limit. non procedere, quando testator prouidit de tempore: quia eius voluntas seruanda est: & intelligitur currere tempus à die scientiæ, & à die aditæ hæreditatis.

De-

pie caus.
privileg.
164.
Bart in
l. Titia.
& Seia.
ff. de ant.
& argem.
leg.
Tyraq.
privileg.
Aretin.
conf. 94.
num. 4.
Tyraq.
privileg.
37. & 38.
Authen.
Ampli-
us. C. de
fideicō.
cap. nos-
quidem.
ubi doct.
de testa-
Concil.
Prou.
2. tit. 3.
decre-
16.
c. si hæ-
redes. v.
bi Abb.
de testa-
Tyraq.
privileg.
leg. 97.
Aret.
conf. 94.
num. 3.
Tyraq.
d. privileg.
97.